Quelle: https://manuscripta.at/?ID=967
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Per quem hec omnia dñe semp bona cre
as sanctificas vivificas benedicis
et prestas nobis. Per ipsum. Et cum ip
so. Et in ipso. est tibi deo patri omni
potenti in vnitate spiritus sancti omnis ho
nor et gloria. Per omnia secula seculorum. Ore
mus. Preceptis salutaribus moniti. et diuina institu
tione formati audemus dicere. Pater noster qui es
in celis sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum
tuum fiat voluntas tua sicut in celo et in terra. Panem
nostrum cotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis debi
ta nostra sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Et
ne nos inducas in temptacionem. Sed libera nos
a malo. Amen. Libera nos quesumus dñe ab om
nibus malis preteritis presentibus et futuris. Et in
tercedente pro nobis beata et gloriosa semperq; virgi
ne dei genitrice maria. Et beatis apostolis tuis
petro et paulo atq; andrea cum omnibus
sanctis tuis da propicius pacem in diebus nostris
ut ope mitis tue adiuti et a peccato simus semp